

ranos Germanos' ue in Septentrionem, magis for-
 san stabiliendæ potentiaë uersus Aquilones, ubi
 cœlorum uirtus maximè pollet, quàm uitãdi ini-
 qui hominum in Italia à Chamesitis infecta com-
 mercij causa secessisse. Nam & Gotthi quantum-
 uis sint ferè usque ad polum Aquilonares, tamen
 constat ex linguæ affinitate permaxima Germa-
 nos origine esse. Germanos autè ex Italia primò
 & à patris Iani consortio deuenisse ad has suas re-
 giones, certum est. Riphæos autem hac de re cre-
 dendum est Riphæis regionibus & mōtibus sub
 polo aut quàm proximè potuere habitãdo, dedis-
 se nomen. Ibi enim iustissimi hominum, qui que
 longissimis uiuebant sæculis habitarunt: quia re-
 uera mons in cuius cacumine æternus oriens est,
 & saltem Aquilonaris Paradisi terrestris locus,
 ad cuius famam & uiciniam inuitati à Patribus o-
 mnes fuerant, inuitabat omnes: ita ut non dubi-
 tarim, inde rigidissimum illum Scitharum in
 Gothis cultū, esse à prima lingua mundi Gheuth
 גֵּוּת, quasi decor esset Vniuersi, in gentis nomen
 deductum. Summa enim in temporalibus stati-
 bus perfectio est, ut sint corpora fortissima, &
 frigoribus obduratissima, & ut inde sint ad labo-
 rum & inediaë tolerantiam perfectissima: hoc est,
 patientissima & assuetissima, quæ duo maximè
 suppolari aut Scithica constitutione mundi con-
 sequi habitatores certum est. Et forsàn olim As-
 kenazios, qui certissimè Germani sunt, Rhegi-
 nos, quasi Rheninos dixere (nam alioqui de his
 Rheginis, me nunquam quicquam alibi, quàm
 d. in eo